Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Qvaestio Tertia

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

Quæstio Tertia
De Paronymis seu Denominativis

Denominativum late sumptum idem ē quod accidentaliter prædicatum et denominativè de aliquo prædicatum, pas- sim nil aliud ē quam accidentaliter prædicari accidentaliter inquam vel raro, ut proprietas vel contingenter ut accidentia sunt prædicabilis. Hoc modo album denominativè prædicatur de hoīe et cygno. Denominativa stricte sumpta a Cicerone vocantur coniugata et ab Arle describuntur sic: Quæcunque ab aliquo;

Descriptio Denominativorum.

solo differunt casu, secundum nomen habent appellationem. In qua descriptione 4 conditiones earum rerum quæ propriè denominativè dicuntur significantur. Prima ē ut res denominativa fere participet rem denominantem: vel quod idem sed clarius: ut nomen denominativum aliquo modo idem significet quod ipsius denominans, ut album ftr idem significat quod albedo, diuersimode tamen. Secunda ut denominativum cum denominante vocabulo conveniat, saltem quoad principium et primam syllabam: Quas duas conditiones etiam

Prima conditio ad denominativum requisita, ut denominativum quodammodo idem significet quod denominans.

2.
Vt saltem quoad primam syllabam inter se conveniant.

Tor. complectens nomen Denominativum descri-
psit non voce tantum, sed significatione propriè
[illegible] pugil aliquando
Denominativa sunt, aliquando non sunt. Denomi-
nativa sunt quæ significant aliquem actu curren-
tem et pugnantem: deducuntur enim tunc a vocibus cur-
sus et pugillatus. Denominativa autem propriè
dicta non sunt, quæ significant aliquem pugnandi
et currendi vi præditum. Quia tum non dedu-
cuntur ab aliqua voce, quæ ejusmodi vim et fa-
cultatem denotet: siquidem cursus et pugillatus non si-
gnificant currendi ac pugnandi vim seu facul-
tatem, sed actum seu exercitium. Propter
has 3 conditiones Aristoteles dixit: Denominativa
hoc est res denominativas, quas ipse descripsit,
ab aliquo secundum nomen habere appellationem; secundum
nomen inquit, non quidem solum, sed etiam secundum
rem illo nomine significatam: Atque eorum
verborum sensus idem est quem habent verba
Tor. dicentis: Denominativum voce ac signi-
ficatione deduci a Denominante. Tertia con-
ditio est, ut Denominativum nomen a denomi-

Quando cursor et pugil sint denominativa?

3. Ut Denominativum a Denominante transfiguratione seu variatione circa finem differat.

narta casa differat huerint. Böckig et S. Tho:
transfigurata aliqua et uariatione ... significa-
uocabuli. Hinc si foemina dicatur musicans
grammatica ab arte musica aut grammatica, non
denominatiuè, sed aequiuocè sic dicitur propter
huius conditionis defectum quae nonnulli accessi-
4.
ones dicant. Quarta conditio ē ut denomi- Ut deducatur ab ali-
natiuum deducatur et appellationem habeant, ab a- quo seu concreto
liquo seu abstracto seu concreto quod tantum seu abstracto tantum
sit accidens non a. essentiale rei, de quo accidente.
denominatiuum praedicatur. Uno verbo fon-
teste ōe denominatiuum debet ēē connotatiuum
seu quod idem ē praedicatum accidentatium
non essentiale. Hinc q diceret Deus ē bo-
nus, non efficeret praedicaōem denominati-
uam eo quod bonitas Deo non sit accidentalis
Item hae praedicatio Album ē coloratum, deno-
minatiua ē si color ut debet mtr capiatur
Uniuoca autem seu essentialis si ftr sumeretur
Item hae. Circulus ē aeneus, mensa ē lignea
denominatiua praedicatio est respectu figurae
et formae artificiatae, respectu mia autem